

attributa potestas et ipse I. nostris paruerit / plene mandatis, vobis tenore presentium sub pena M marcharum / argenti districtius precipiendo mandamus quatenus, receptis presentibus, dictum I. faciatis / per dictam civitatem publice rebandiri ac processum omnem dicta de causa / habitum contra ipsum cassari et inritum vocari curetis. Alioquin etc. /

31.

Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt, den wegen Mordes über einen gewissen G. de .. verhängten Bann zu widerrufen und dessen beschlagnahmtes Eigentum zurückzugeben.

Hs. fol. 5v.

(1290—1291)

Ray(nerius)²⁰) etc. Cum G. de .. compositionem / fecerit cum curia nostra de homicidio per eum commisso, et certam / quantitatem pecunie pro ipso solverit I. de .. pro compositione pref[ata], / mandamus tibi quatenus, receptis presentibus, dictum G. per terram ipsam publice reban/dirī facias et bona ipsius, que sunt ad opus curie sequestrata, / predicto I. resignare procures, et, si scriptum aliquod per te vel / tuum notarium factum est, facias cancellari.

32.

Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt, daß eine Kommune und andere Personen, die dem Prior und Kapitel einer Kirche wegen eines Straßenbaues Grundstücke über das angeordnete Maß hinaus weggenommen haben, diese unverzüglich zurückerstatten (der Schluß des Mandats fehlt).

Hs. fol. 5v.

(1290—1291)

Ray(nerius)²¹) etc. Pro parte prioris et capituli .. ecclesie de .. fuit nuper / coram nobis expositum cum querela, quod comune .. et quidam alii propter ap/tationem viarum ultra ordinatam mensuram per ipsum comune in posse/ssionibus ipsius ecclesie positīs iuxta vias multipliciter molestant / eosdem, occupando possessiones ipsas, in ipsorum et ipsius non mo/dicum preiudicium et gravamen. Quare vobis tenore presentium, sub excommunicationis p[e]na districte precipiendo mandamus quatenus, receptis presentibus, comune .. prioribus / monasteriorum, universitatibus et singulis personis eiusdem ci/[vitatis et] districtus, qui

²⁰) Vgl. oben S. 141.

²¹) Vgl. oben S. 141.